

# Beiheft

2

S 122

1289 (1288) Febr. 7.

[64]  
122

Der Edelherr Balduin von Steinfurt verkauft dem Kloster Barlar 2 Erben  
im Käpl. Enigchede.

Nos Baldewinus, nobilis dominus de Stenvorde, protestamur et omnibus  
notum esse cupimus, quod nos viris religiosis Joanni praeposito et conventui  
in Varlar Praemonstratensis ordinis, Monasteriensis dioecesis, vendidimus duas  
domus, unam, quae vocatur Bertholdinek, et aliam, quae vocatur Suehus,  
sitas Uslo in parochia Enschete, pro certa summa pecuniae, quam integre  
recepimus ab eisdem, quarum proprietatem, quae pleno iure nostra fuit, in  
ipsos transtulimus et transferimus per praesentes et ipsam cum curte, quae  
vocatur Kerckhoff, ad quam pertinent, ipsis plenam praestamus et in his  
scriptis warandiam. Datum feria secunda post dominicam Circumdederunt,  
anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXXX octavo.

Kopie im Barlarer Kopiar S. 45/46.